

Quae ex castis virtutum observationibus
sua non innovare, quaeque alia acceperunt ab
mentis inventi, adhibere collegi et in ordinem re-
digi, adiungens tandem formulas quasdam, vir-
tutum gratissimum non sanctorum
Si quod virtutes imbecillitas tentari, opus
lum avaro non, lector de
nevole, auctoritas culpam operi non imputare vellet
passo

Prooemium.

Alma mater natura sinu suo innumeras recondit opes, quibus larga manu porrectis, breve hominis tempus ornat, animum exhilarat, vitaeque delicias non paucas addit.

Verum non solum iis prospicit, quorum genae amoeno cinguntur sanitatis colore, imo et debiles suos natos, atque infirmos aequali amplectitur cura, hebetes suffulcit, exhaustos erigit, liberalique manu ex thesauro suo inexhausto, arcana sua largitur, quae omni orbis terrarum auro pretiosiora, sanitatem misero, ipsum dulci existendi consuetudini reddunt.

Medico nunc horum corporum series attento animo perscrutanti, multa sane obviam fiunt, tam virtute prae alius eximia, quam applicatione multiplici insignia.

Elegi ex his pro themate inaugurali radicem Ipecacuanhae, corpus medicatum summi pro medico pretii, summae in lato morborum campo efficaciae, meritisque expertissimorum laudibus condecoratum.

Quae ex castis virorum observationibus de
ejus usu innotuere, quaeque alia scopo meo ad-
nuentia inveni, sedulo collegi et in ordinem re-
degi, adjungens tandem formulas quasdam, viro-
rorum gravissimorum usu sancitas.

Si quod viribus imbecilibus tentavi, opuscu-
lum severo non arrideat judicio Tuo, lector be-
nevole, auctoris culpam operi non imputare velles,
quaeso.